



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

B. Rosa Virgo 4. Septemb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

3. SEPT.
c animo
linguam
di, tum
am tum
O, quin
nirà fa-
os man-
uòd ab-
mona-
remum
nt casi.
Tus sibi
olumbo
nis sui
rgo ge-
is sup-
certissi-
doveus
omnes
manita-
x Gras.
embri.
, nun-
ad ce-
è Fa-
mag-
bonis
í auro
vitias,
emis-
endit.
ocella
alias

3. SEPT. *Vitæ Sanctorum.* 483
alias scilicet oculis undas Cocytii objec-
tit, alium nautam Charontem. Ergo
cum omnia jam unicum nauum cre-
deret, & Orco debitum, vota cum velis
vertit, & ut viveret, cælo vovit deini-
ceps vivere. Arrisit continuò votis cæ-
lum, ut audisse hæc seires. Sed ecce in
ipso portu naufragium. Opes omnes,
(ne time lector) in miseros abjicit, inde
conjuge inter velatas virgines abditâ,
montem non sine ingenti labore con-
scendit, qui in eum, de quo mentio-
nen fecimus, lacum excurrit. Hic cælo
propior cum DEO jam commercia ha-
buit, & commeatum à præternavigan-
tibus demissâ sportâ lagenulaque ac-
cepit tam diu, dum Angeli denique
victum è cælo ministrarent. Itaque
cum Superum hospes nec quicquam ab
hominibus jam mendicaret, mortuum
rati sunt accolæ. Sed vivere splendor
casæ imminens ostendit, & pestis à vi-
cinis populis ALBERTI & D. Catha-
rinæ, cui templū ponere Angelus jufse-
rat, precibus propulsata. Eidem templo
illatus ALBERTVS, ambrosiam, quâ,
cum viveret, pastus erat, mortuus etiam
spiravit. *Ex vitâ B. Alberti.*

B. ROSA VIRGO, 4. Septemb.

R OSAM etiam in autumno dona-
mus, unam eandemq; & castis nivi-
bus & verecundâ purpurâ formosani.

Pro-

Protulit Viterbum Italix urbs , fovit
D.Francisci hortus, & ne malè ali, be-
ne cælum carpsit. Hæc inquam ROSA,
ut contra procaces manus se armaret, a
primis annis omnibus corporis afflic-
tionibus se dedit. E gravissimo morbo
decumbens & jam jam moritura cum
ea de alterâ vitâ disseruisset, quæ oculis
tunc coram intuebatur , testesq; dicto-
rum sorores jam olim defunctas nomi-
ne quamque compellasset , V I R G O
M A T E R intervenit, & porro vivere,
sed inter eas jussit, quæ Magnum Fran-
ciscum sub Minorum veste sequuntur.
Quod cum è morbo recreata R O S A
egregie præstisset, denuò ad eam Mag-
na MATER invisit. Et sufficere poterat
id spectaculum , sed illa alterum objec-
tit, FILIVM tormentis olim omnibus
exercitum, qui nimis tot plagis sau-
cius cor amantis etiam ipsum tam sau-
ciavit, ut tum denique vere inter spinas
R O S A M dixisset. Sub idem tenipus
cum Friderici II. Imperat. factionem
castigasset, cum omni familiâ urbe
ejecta Sorianum venit. Sed exilium leve
Angeli & non multò post morte Fri-
derici libera patria fecerunt. Placuit ta-
men etiam præ hæc cælum , quod quo
facilius videret, circa annū M.CC.LIV.
oculos clausit. Ex vitâ apud Moniales
D. Rosæ.